



Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

10. An Episcopus in partibus missionis interdum etiam cum periculo vitæ Confirmationem conferre debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

Ianus
vene-
ci non
mpore
lis le-
quām
bōtesf,
fuerit,
clesia-
Hæc
nien-
nmis-
otest;
dicit:
tatis,
ordi-
scut
Mino-
pisco-
rcessit
es hoc
lalum
in I.
dici-
edali-
smate
quidē
mu;
iscopi
esunt,

desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptiza-
tos Chrismate tangere debeant, concedimus. Hi-
storiā autem describit Baronius ad an. 594.
Sæpius autem idipsum pro partibus Indiarum
fuit concessum.

Expressè etiam hoc confirmat Concil. Flo-
rentinum, in quo postquam decretū erat
ordinarium ministrum hujus Sacramenti esse
Episcopum, dicitur: Legitur tamen aliquando
per Apostolicae sedis dispensationem, ex ratio-
nabili & urgente admodum causâ simplicem
Sacerdotem, Chrismate per Episcopum confecto
administrasse confirmationis Sacramentum.
Idem etiam colligitur ex Conc. Trident.
sess 7. de Confirm. can. 3 ubi dicit Ministrum
ordinarium Confirmationis esse solum Epis-
copum. Non autem dixisset Ordinarium, si
alius nullus posset extraordinarius esse ex de-
legatione Pontificis.

ARTICULUS X.

An Episcopus in partibus Missionis in-
terdum etiam cum periculo vite
Confirmationem conferre
debeat.

Certum est quod sit obligatio Episcopo-
rum sæpius Sacramentum Confirmatio-
nis

300 TRACTATUS VII.

nis conferendi in suis dioecesibus , cum ad hoc teneantur ratione officii sui, ac proinde gravi-
ter peccarent hoc negligendo Ita Suarez ;
p. q. 72. disp. 38. sect. 2. Et Sylvester v.
Confirmatio , & alii. Quia cum sit Pastor , te-
netur oves pascere non tantum in eis quæ ab-
solutè sunt necessaria ad salutem , sed etiam in
his quæ notabiliter conducunt ad subditorum
spiritualem utilitatem , & quæ ad hoc à Chri-
sto Domino sunt instituta; quæ proinde ab ip-
sis ovibus justè possunt desiderari , & à suo
Pastore exigi , maximè cum ipse solus hoc Sa-
cramentum conferre possit & hoc semel tan-
tum , cum non possit iterari.

Tantò autem hæc obligatio major est,
quantò major est hujus Sacramenti suscipien-
di necessitas , nunquam autem major esse po-
test , quàm in partibus infidelium seu hære-
ticorum cum quibus conversantur , & prop-
ter illorum persecutiones & graviores tenta-
tiones ; Quapropter supra docuimus , in illis
locis non tantum hoc Sacramentum esse uti-
le , sed planè necessarium.

Sæpè etiam contingit aliquos ad fidem
converti , qui robore Spiritus S. indigent ut
in fide perseverent. Imo hanc necessitatem
vocat Verricelli quæst 128. num 7. quodam-
modo extremam , quia , inquit , quando tota
aliqua communitas , regnum , aut Provincia
versatur in magnâ necessitate , ista necessitas
est extrema , respectu aliquorum. In extremâ
autem,

autem
stori
mam
quam
venier
ovibus
timen
lium ,
Qu
ties qu
tum a
ration
repræ
perve
biliā
Ac
mentu
nec a
& ce
etiam
siona
ant ,
piant

DE CONFIRMATIONE. 301

autem, imo gravi necessitate incumbit Pastor succurrere ovibus, ponendo etiam animam pro ipsis, si ita opus fuerit, ne tanquam mercenarius fugiat, dum videt lupum venientem, quasi non pertineat ad ipsum de ovibus. Hinc facile colligi potest non esse timenda pericula saltem bonorum temporaliū, aut exilii aut similium.

Quærere proinde debet occasionem ut toties quoties commodè potest hoc Sacramentum administret, ut sic etiam pueri ad usum rationis pervenientes, hoc spirituali robo-repræmuntantur, contra falsas doctrinas & perversionem; Et adulti recenter conversi stabiliantur in fide.

Advertere etiam debent ut hoc Sacramentum debitâ cum reverentiâ conferatur, nec aliquid, quod usus Ecclesiæ quoad ritus & ceremonias exigit, omittatur. Monere etiam debet Episcopus Pastores & alios Missionarios ut tempestivè confirmandos instruant, ut hoc Sacramentum cum fructu percipiant.

T R A C-